LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
wota Fratris Nostri
Alfonsi Nossol,
Archiepiscopi - Episcopi Opoliensis,
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica
facultatem facimus ut
Venerabilis Serva Dei Maria Aloisia Merkert, virgo,
confundatrix Congregationis Sororum a Sancta Elisabeth,
quae vitam suam impendit aegrotantibus et indigentioribus inserviendis,
Beatae nomine in posterum appelletur,
eiusque festum die decima quarta Novembris,
qua in caelum est nata,
in locis et modis iure statutis
quotannis celebrari possit.
In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum,
die duodetricesimo mensis Septembris,
anno Domini bismillesimo septimo, Pontificatus Nostri tertio.

Benedictus PP XVI.